

- 29 Privilegium concessum non subdito, Princeps non reuocat.
- 30 Contractus celebrato cum non subdito, tenetur Princeps stare.
- 31 Principis ab expressa assertione recedimus, quando de veritate in contrarium constat.
- 32 Causa iusta cessat in Principe, concedente aliquid ad partis instantiam. Et quæ eius ratio, nu. 33.
- 34 Causa iusta in Principe non presumitur in bis, quæ sunt iuris diuini, naturalis, vel gentium.
- 35 Pontifex summus sine causa dispensare non potest cum monacho, ut claustra extat, & uxorem ducat. Et quod neque cum causa possit, volunt aliqui, nu. 36.
- 37 Dispensationem super matrimonio contracto per verba de presentia, non nisi iustis de causis concedit Pontifex.
- 38 Matrimonium etiam copula carnali consummatum, iustis de causis à Pontifice dissoluit. Et quæ sint causæ iustæ, nu. 39, 42, 43, & 44.
- 40 Nuptiæ inter impares contractæ apud Romanos illegitimæ habebantur.
- 41 Amicitia quæ proficitur à dissimilibus dura est, & aspera.
- 45 Dispensatio matrimonij sanguine coniunctorum, non nisi magnis sit de causis.
- 46 Dispensatio ut liceat exercere fornicus, an concedatur.
- 47 Dispensare super quinto præcepto, quando Pontifex possit.
- 48 Ius tertij sine iusta, & legitima causa auferri non potest.
- 49 Contractum rescindere, aut reuocare Princeps sine causa iusta nequit.
- 50 Feudi concessionem non potest Princeps, nisi iusta cum causa reuocare, & maxime si sit antiquum, nu. 51.
- 52 Causa iusta in Principe non presumitur, si quid faciat eorum, quæ sine causis iustis facere non possent. Alia refertur opinio, nu. 55. Tertia Alciat. nu. 57.
- 53 Causa iusta non presumitur in Principe, qui sententiam parte non citata tulit.
- 54 Princeps quando priuato equiparetur.
- 56 Principis de potestate disputare nefas esse, quomodo accipiendum.
- 58 Causam iustam, vel iniustam non allegans Princeps, quo casu pro eo non presumatur.
- 59 Lucem odit, qui male agit.
- 60 Causa minus idonea à Principe allegata, tollit eam qua pro ipso erat præsumptionem.
- 61 Solemnitas intrinseca ob temporis antiquitatem presumitur, & quando cesset ea præsumptio.
- 62 Principe allegante causam iustam, & legitimam, præsumptionem esse pro ipso vult Alciatus, cuius opinio refutatur, numer. 63.
- 64 Principis assertioni creditur in antiquis, etiam quo ad ea, quæ sine causa iusta facere non possent.

PRÆSUMPT. X.

QUÆ superiori præsumptione scripsimus, efficiunt, ut hoc in loco differamus, quando princeps presumatur aliquid egisse iustis de causis. Quam quidem transactionem satis diligenter explicauit eruditissimus Alciatus in tract. de præsumptionibus, reg. 3. præsump. 8. Nos tamen addijciemus aliqua non contemnenda. Dicimus itaque, præsumptionem iuris esse, quod quæ princeps aliquid facit, vel concedit, presumatur id facere vel concedere iustis de causis. Ita censuit gl. in l. re legati. C. de pœnis. & probant eum à nobis, in fi. de testib. & clem. vnica de probat. & præter Alciatum præcitato in loco idem scripserunt Cynus in l. referipta. C. de precibus Imper. offeren. Rom. in conf. 369. nu. 28. & in conf. 436. nu. 19. qui dixit, hanc præsumptionem non admittere probationem in contrarium. Marfil. in l. de vno quoque, nu. 14. de re iud. & in sing. 6. Gram. conf. 100. num. 17. in ciuilibus. Et huius præsumptionis ea videtur esse ratio, quia princeps est dei loqui per os Dei, à quo delegatus est iudex in terris, ut inquit Iustin. in Auth. de

hered. & Falc. in princ. & tradit Barb. in conf. 24. col. 1. lib. 2. & in conf. 1. lib. 3. Et Arist. lib. 3. poli. cap. 9. dixit, principem esse quasi Deum quendam inter homines. Et quæ admodum Deus est ipsa veritas, eum in esse, de test. & habetur apud Mattheum. Ego sum via, veritas, & vita. Ita est et veritate moueri presumitur princeps, non autem mendacio, ut scripsit Soc. Iun. in conf. 69. nu. 20. lib. 1. Hinc quoque dicimus, quod quæ princeps cognoscit de aliqua causa, de cognoscere tanquam Deus, sicuti tradit Dec. in conf. 463. in fi. Bellonus in conf. 63. nu. 7. Gram. decif. 62. nu. 30. & Crau. in conf. 318. col. 4. Huc et facit quod dicimus, principem talem presumi, qualis de iure esse debet. Ita Calc. in conf. 120. nu. 9. Iaf. in l. causas, nu. 6. de transact. & in conf. 57. col. pen. lib. 3. Cassan. in conf. 64. nu. 26. Gram. in conf. 34. nu. 3. & in conf. 45. nu. 33. in crim. Neuz. inter consilia Brun. in conf. 12. nu. 8. Huc quoque pertinet, quod ex aliorum sententia scripsit Crau. in conf. 253. nu. 4. principem præsumi iustitia plenum. Et propterea presumitur, quod nil plus velit quam lex ipsa vult, ut scripserunt Calcan. in d. conf. 120. nu. 8. Dec. in conf. 580. nu. 2. & Gozad. in conf. 101. nu. 10. Et talis presumitur mens principis, qualis est lex, & eius ratio, ut post alios respondit Dec. in conf. 64. nu. 7. Est itaque vera hæc sententia, præsumi in dubio principem esse motum iustis de causis, ad aliquid agendum, vel concedendum. Caterum cum multa sint quæ magnam mouere possunt dubitationem, & quo clarius omnia elucescant, distinguendi atque ita constituendi sunt duo casus. Primus est cum agitur de his, quæ iuris positivi sunt, quæque pertractare potest princeps liberè etiam sine causa. Secundus est casus, cum agitur de his, quæ non sunt iuris positivi, sed vel diuini, vel naturalis, vel gentium, & quæ facere non potest princeps sine iusta, & legitima causa. Primò in casu, adferri possunt varia exèpla eorum, quæ princeps secularis facere potest sine causa illud primum sit in restitutione relegati, quam princeps laicus facit, & toto tit. C. de abolit. & tradunt Ifernina & Affl. in c. 1. in verbo committentium. in tit. quæ sint regalia. Bos. in tract. causarum crim. tit. de remedijs ex sola Clementia principis. nu. 23. Est, & secundum exemplum iam relato maxime proximè, cum princeps laicus tollit penam delicti. Eam sane remittere liberè, atque ita sine causa potest. diuini fratres. ff. de pœnis. l. referipta. & ibi omnes. C. de precibus. Imp. offe. Quod sanè exemplum locum et habet in principe ecclesiastico, sicuti in Pontif. Max. qui potest liberè remittere penas infligendas cõuictis de crimine, ut egregiè responderunt Decius in conf. 137. nu. 3. & Iustin. Paris. in conf. 1. nu. 2. 3. & 4. lib. 4. de principe laico, scribit post alios Bos. præcitato in loco, vbi. nu. 24. & 25. affirmat in dominio Mediolan. non consueuisse principes remittere penas delictorum, nisi habita pace à legis, & consentiente Senatu ipso Mediol. Adfertur tertium exemplum in reuocatione administrationis, & officij ac jurisdictionis concessæ ab ipso principe. Eam enim liberè, & sine causa facere potest, ut responderunt Brun. in conf. 97. & Gram. voto 28. Et de reuocatione et privilegij, idè scripsit gl. in c. deet. de reg. iur. in 6. Bald. in conf. 439. Amplius, colum. 3. versicitem, & si domina Regina. lib. 3. Alexand. in conf. 155. colum. vlt. lib. 6. Iafon in conf. 56. colum. vlt. lib. 1. & alios commemorat, ac probat Crau. in tract. de antiq. temp. par. 1. in princ. num. 55. qui intelligit, & rectè, nisi privilegium concessum fuerit per modum contractus. Et idè Crau. in conf. 135. nu. 5. cui accedunt Gozad. in conf. 5. nu. 10. & 11. Affl. decif. 128. nu. 10. & Socin. Iun. in conf. 102. nu. 18. lib. 2. Quartum quoque hæc de re exemplum considerari potest in derogatione statutorum, quæ cum iuris positivi sit, eam pro sua voluntatis arbitrio facere potest princeps. Ita Bald. in conf. 187. in causa præsen-

ti. col. 2. vers. sed quid ponamus. lib. 2. quod procedere etiam in statuto iurato docuit, Abbas in c. constitutus. de rescript. & respondit Gozad. in conf. 30. col. 2. versic. 2. casu. & hoc secutus est Crau. in d. tract. de antiq. temp. in dict. 1. parte. num. 39. Extat & quintum exemplum in principe tamen ecclesiastico, nempe in beneficiis lib. 18 in quibus Summus Pontifex habere debet plenam, & liberam facultatem. c. per principalem. q. 3. vbi gl. inter quatuor. de maior. & obed. vbi Abbas in cap. 2. in prin. de præben. in 6. & clem. 1. in fine, ut lite pendens. Et scribunt Calder. in conf. 12. in tit. de rescript. Iaf. in l. Barba. num. 25. ff. de officio preto. lo. de Selua in tract. de beneficio, in part. 3. q. 60. in fine. Hinc scribit Bald. in l. referipta. C. de precibus. Imp. offeren. omnia beneficia esse Pontifici manualia, & obediencia. Idem scripsit Barbat. in tract. de præstan. Card. par. 1. num. 34. Et propterea magis receptum est apud nostros, præcipuum posse etiam sine causa auferre beneficii ab eo, cui conulerat. Ita scripserunt multi, quos commemorat Crau. in tract. de antiq. temp. in secunda part. 1. part. princ. num. 34. Habet tamè hoc exemplum multum dubitationis, cum alij plures ab ea opinione differant, affirmantes verius esse, Pontificem non posse pro sua libera voluntate, auferre beneficia iam collata, sicuti hac in opinione fuerunt Rom. in cõf. 345. & in conf. 467. Barbat. in c. quod translationem. num. 121. de off. lega. & in conf. 13. col. 5. lib. 3. Iaf. in l. vlt. col. 2. vers. facit bene. C. si contra ius vel vit. publ. in conf. 145. col. 1. & 2. & in conf. 213. col. 5. lib. 2. & in conf. 46. col. 4. lib. 3. Ripa lib. 1. resp. c. 14. col. pen. lo. de Selua in tract. de beneficio. parte 3. q. 60. Cosmus Gumer in pragmat. sanct. tit. de electione, c. licet dudum, in verbo, reiecta. Brunus in conf. 8. nu. 48. Io. Iacob. de Leonardis inter consilia Brun. in cõf. 114. nu. 175. & Rebuff. in tract. nominationum. q. 2. nu. 5. Et horum sententiam aliquando probauit in responso à me reddito canonico S. Georgij in Alga. Rectius itaque adferri potest exemplum, quod erit sextum, in concessione seu dispensatione pluralitatis beneficiorum. Nam etsi aliqua beneficia inter se incompatibilia sunt, attamen summus Pontifex liberè potest dispensare. Sunt quidem beneficia à lege ipsa diuina instituta, ut legitur Numeri c. 18. ubi, Filijs autem Leui dedi decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi. Et Lucæ cap. 10. Dignus est mercenarius mercede sua. Et in c. cum secundum, de præben. ex Apostolo, qui altari seruit, de altare viuere debet. Caterum ipsa beneficiorum pluralitas l. positua prohibetur. c. quia nonnulli. de cler. nõ resid. & c. de multa. 21 de præb. Potest ergo Pontifex liberè dispensare, ut plura beneficia incompatibilia quis retineat. Id quod satis probatur in c. dudum. il. 2. de elect. in d. c. de multa. in fin. de præb. in c. ordinarij, de offic. ord. in 6. & in cap. 1. de consuet. in 6. Et his in locis tradunt scribentes. Non ignoro 22 tamen aliquos fuisse ea in opinione, quod imò præcipuum non possit sine causa dispensare super pluralitate beneficiorum. Ita sanè censuit Abbas in cap. cum in cunctis. nu. 12. in c. dum. nu. 7. & in c. cum ad monasterium. nu. 5. de elect. Anch. in c. in causis, in 3. notab. de re iudic. 23 Septimum est exemplum in pensione et excessiua à pontifice modificata, quæ presumitur modificata ex iusta causa. Ita respondit Rom. in conf. 369. nu. 28. quem secuti sunt Caccialupus in tract. de pensionibus. q. 7. nu. 3. & Gigas in tract. de pensionibus. q. 35. num. 7. Hoc itaq; primo in casu, (ut ad rem nostram tandem veniamus) vera est & recepta sententia, præsumi pro ipso principe siue ecclesiastico siue laico, ut si quod fecit, vel concessit, iustis causis fecerit, vel concesserit. Ita intelligi debet traditio gl. in d. l. relegati. ff. de pœnis & apertius tradit Alciat. in l. tract. de præsump. reg. 3. præsumptio. 8. in his principis assertio præsumptionem pro se

habet, ut scribunt multi commemorati à Crauet. de antiq. temp. part. 1. in initio. num. 14. Declaratur nunc primò hic casus, ut nõ procedat, quæ agitur de facto alieno eiusque magno præiudicio. Nam tunc non presumitur hæc iusta causa in principe. Ita docuit Aret. in c. cum à nobis. de testib. cum dixit, dispositio nem clem. 1. de probat. quæ est, quod assertio principis præsumptionem faciat, non habere locum, quæ agitur de facto alieno, eiusque magno præiudicio. Et idè quod Aret. scripserunt Soc. Sen. inter consilia Curtij Sen. in cõf. 20. col. 5. vers. sed ad hanc obiectionem. & in conf. 21. quod est collegij Florentini. col. 11. vers. sed diceret aliquis, quos quidem secutus est Crau. in tract. de antiq. tempo. in 3. part. 3. part. principalis. num. 12. lib. 9. Paris. in conf. 67. num. 28. lib. 4. Alc. resp. 169. num. 10. & Gram. decif. 103. nu. 227. Quam quidem declarationem intelligit Crau. præcitato in loco, nisi princeps esset optimè de facto alieno informatus. Et huius sententia auctores citat Alex. in conf. 15. lib. 5. & Curt. Sen. in conf. 50. col. 6. 26 Declaratur secundò, ut non habeat locum, quæ res, & negotium versatur cum non subdito principis. Nam tunc nõ presumitur iusta causa in principe. Ita in specie scripserunt Abb. in c. cum à nobis, col. 2. de testib. & in c. inter quatuor, de maior. & obed. Soc. Sen. in conf. 120. col. 8. lib. 3. & in d. l. si testis, col. 2. C. de testam. Alc. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 8. in fin. & Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 3. part. 1. part. princ. nu. 10. & 27 ratio est, quia sicut non subdito præiudicare princeps non potest, ita nec aliquid agere, vel asserere, quo præsumptio inducatur contra ipsum non subditum. Et ratio rationis est, quia illa bona præsumptio, quæ est pro principe, ex causa principatus prouenit, qui quidem principatus cessat in personam non subditi. Et hinc dicimus, quod princeps contraheudo cum non subdito, non fruitur privilegij principatus, cum eo casu non censetur princeps, sed persona priuata. Ita Paris. in conf. 82. num. 5. lib. 1. Et propterea idem Paris. nu. 46. respondit, principem non posse reuocare et privilegium concessum non subdito. Et censuit Ruin. in conf. 90. num. 4. lib. 1. & in conf. 130. nu. 19. lib. 5. principem non posse aliquo modo recedere et à contractu celebrato cum non subdito, cum tunc non consideretur tanquam princeps, sed ut persona priuata. & idem sentit Socin. Iun. in conf. 60. nu. 16. lib. 3. Declaratur tertio, ut non habeat locum prædicta præsumptio, quando apparet contrarium eius, quod aliqui in dubio præsumebatur. Nam tunc hæc præsumptio cedit ipsi veritati, sicuti recedimus ab expressa assertione principis, cum de veritate in contrarium constat, ut tradunt Socin. Senior in conf. 164. colum. 5. versic. sed ad hanc obiectionem. libro 2. & alij, quos probat Crauet. loco supra allegato, num. 11. qui num. 12. declarat. Declaratur quarto, ut procedat prædicta præsumptio quando princeps aliquid egit sua ipsa spontè, & motu proprio, secus si ad partis instantiam, & postulationem. Nam tunc præsumptio iustæ causæ, quæ in principe esse solet, cessat. Ita responderunt in specie Rom. in conf. 436. num. 19. Socin. sen. in conf. 203. colum. penult. versic. & si dicatur, lib. 2. & in conf. 62. colum. vlt. lib. 5. Iafon in l. si testamentum. r. notab. in fin. Co. de testam. & in conf. 105. col. pen. libr. 1. Gozadin. in conf. 51. colum. penult. Et hoc secutus est Crau. in d. tractatu de antiquitate temporum, in secunda particula primæ partis principalis. num. 23. Et illis accedunt Decius in l. si quis inquam, in princ. num. 5. ff. quod quisque iuris, & in c. quæ in ecclesiis, nu. 29. de constituti. & in conf. 341. num. 5. Ruin. conf. 41. numer. 23. & in conf. 175. nu. 12. lib. 1. Curtius. Iun. in conf. 170. nu. 25. Marfil. in sing. 6. & Grammat. in decif. 65. nu. 31. Et huius sententia ratio est, quia per importunitatem et potius petentia Tomus Primus. I 3 tium,

rium, & instanter requiruntur vñ Princeps facere quæ quod ita esse agendum sentiat, iuxta traditionem Bart. ex illo textu in l. 1. c. de petitio. bonorum subla. lib. 1. o.

Secundus casus huius nostræ disputationis est, qñ agitur de his, quæ sunt iuris divini, vel naturalis, vel gēnū, quæ quidem non sunt in libera potestate principum, sed eis permittitur solum, cum iusta extant causa. Hoc sanè ca-
 34 su non præsumitur iusta causa si in principe, vt mox dicemus, sed prius exempla al quot hac de readferemus.

35 Primum exemplum est in pontifice Max. qui sine causa non potest dispensare cū monacho, vt claustra exeat, & uxorem ducat, cū causa verò potest, sicuti scripserunt Jo. Andr. in c. semel Deo, de r. g. iur. in 6. Innoc. in c. cum ad monasterium, de statu monachor. & ibi Abbas nu. 21. alios plures commemorat Dec. in c. quæ in ecclesiast. num. 13. de conslit. Quibus accedunt Ias. in l. si arrogator, nu. 5. ff. de adoptio. Rubeus in consil. 147. nu. 8. Ripa in c. cum M. Ferrar. num. 76. de conslit. Gozad. in consil. 51. num. 18. Paris. in consil. 68. num. 148. & num. 205. lib. 4. Mantua in consil. 121. col. 1. lib. 1. & Portius Imolen. in consil. 154. num. 15. Marquad. in tract. de cõlibatu sacerdotum, in 1. par. c. 3. num. 1. & Nauar. in a. nuali Confessorum, cap. 12. num. 75. versic. quartò dicimus. & idem in cap. non dicatis. 12. q. 1. num. 40. Et ex sacris Theologis idem affirmarunt D. Thomas in 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 4. Ang. Clauas. in sua Summa, in verbo, matrimonium, impediment. 18. num. 2. Henricus Gandauen. quodlibe. 5. q. 25. & q. 26. Richar. in 4. sent. dist. 34. art. 9. & ibid. Durad. q. 2. & Paludan. q. 4. & ibid. Secus, D. Antoninus in 3. parte summe tit. 22. cap. 7. col. 2. eandem probauit Caiet. 2. 2. q. 88. art. 10. Et bis obseruatum fuisse aliqui testantur. Ita sanè obseruasse dicitur Pontifex ille, qui cum Raimiro Rege Aragoniæ dispensauit, vt relicta religione regnum susciperet, & uxore nomine Vriacam duceret, cuius rei meminere ex nostris Anch. in cõs. 39. col. 3. qui testatur, se ita vidisse in Genealogia Regum Aragoniæ, & ex historicis Rapha. Volater. lib. 2. Geographiæ, c. vlt. & ex Theologis Palud. lo. to iam citato. Idem pariter obseruauit Cælestinus III. Pontif. Max. qui dispensauit cum Constantia filia Rogerij Regis, vt religione deserta nuberet Henrico VI. Frederici Imperatoris filio, vt memorie proditum est ab historicis, nepè à Platina in vita Cælestini III. à nostris nepè à Io. Bapr. à S. Seuerino in tract. de pensionib. q. 19. nu. 61. & à Theologis, nepè à Caiet. in 2. 2. q. 88. art. 10. similem dispensationem concessam nobili Veneto refert Decian. in tract. cr. min. lib. 6. tit. 22. in fin. dispensat etiam iustis de causis Papa, vt presbyter, Episcopus, & Archiepiscopus, dimisso ordine uxorem ducat. Ita egregie respondit Nauar. in consil. 10. tit. de sponsalib. lib. 4. Dissentiunt tamen ab hac opinione multi, qui
 36 scripserunt, non licere si Pontifici et cum causa dispensare in voto continentie. Ita sanè tradiderunt Alex. Alf. sis in 3. part. suæ summa. D. Bonauentura in 4. sen. dist. 38. in fi. Syluest. Priet. in sua summa, in verb. votum. 4. q. 5. gl. in c. cum ad monasterium, de statu monach. Dom. Soto in 4. sent. dist. 38. q. vnic. art. 2. col. 3. & idem lib. 7. de iust. & iur. q. 6. art. 2. col. antepenult. qui ita sentit D. Th. scribit. Rationes & argumenta, quæ hinc inde adferuntur, hic non excutiã, quod locus iste non postulat.

Secundum est exemplum in dispensatione super matrimonio cõtracto per verba de præsentia. Hanc sanè dispensationem si non nisi iustis de causis cõcedere potest Pontifex Maximus. Ita gl. in cap. ex publico, de conuers. coniugat. quam cõmuni calculo receptam esse testatur Decius in c. quæ in ecclesiast. num. 13. de conslit. Et idem responderunt Socin. Sen. in consil. 28. num. 8. l. b. 1. Decius in consil. 112. col. vlt. & in consil. 137. num. 4. Gozad. in consil. 51. nu. 17. Felyn. in consil. 26. num. 19. & 20. Celsus Hugo in consil. 105. num. 12. lo. Gutierrez lib. 1.

can. qq. cap. 17. num. 12. versic. his tamen non obstantibus. & num. 13. & alijs seq. vbi nem. 20. refert quamplures, & testatur Theologos omnes, Caietan. excepto, affirmare opinionem hanc. & Portius Imol. in consil. 154. num. 7. qui num. 14. ex multorum sententia subiungit, etiam matrimonium copula carnali consummatum, posse iustis de causis à Pontifice dissolui, & si dissentiant alij relati à Rota Rom. in decis. 101. num. 7. in 2. part. in nouis. Et inter iustas causas concedendi hanc dispensationem, cõnumerari solet imparitas conditionis personarum, vt in specie responderit Socin. Felin. Decius, & Celsus Hugo præcatis in locis. & accedit Nauar. in consil. 24. tit. de sponsal. lib. 4. & Tho. Sanchez in tract. de matr. lib. 2. disp. 16. num. 2. Et considerari potest ratio, quòd etsi inter conditiones impares sit matrimonium, quoad sacramentum, attamen quoad leges ipsas, existimatur minus legitimū, sicuti & Leo Pontifex Maximus sensit in cap. non omnis, 32. q. 2. Et apud Romanos nuptiæ si inter impares contractæ, illegitimæ habebantur, vt scriptum reliquit Boethius in Comenarijs Topicorum Ciceronis. Hinc factum est, vt permitti viri sapientissimi admonuerint, immo suis legibus cõstituerint, æquales esse ducendas. Cleobulus Lyndius, vt in illius vita scripsit Diogenes Laertius, iubebat, uxorem ex aequalibus esse ducendam. Et idem Diogenes de Chitone Laedemomo idem præcipiente memoria prodidit. idē auctor hoc tribuit Soloni & Pittaco Mityleno. Et huius rationis ratio ea est, quòd summa illa beneuolentia, mutua amicitia, concordia & familiaritas, quæ beatitudinem quandam inter virum & uxorem parit, vt legitur Eccles. cap. 25. & apud Arist. lib. 2. Oeconomicon cap. 3. hæc, inquam, ab iporum coniugatorum inæqualitate & dissimilitudine destruantur. Nam quemadmodum (vt scriptum est Eccl. cap. 13.) omne animal diligit simile sibi, & omnis homo similem sibi, ita e contra dissimilia odio habent. Et teste diuino Platone, lib. 8. de legi.
 41 amicitia, si quæ à dissimilibus proficiscitur, dura & aspera est. Imparitas autem quæ dici debeat iudicis arbitrio relinquatur. Ita post alios Thom. Sanchez in d. tract. de matr. lib. 1. disp. 10. nu. 6. Est etiam iusta causa cõcedendi hanc dispensationem, timor si futuri scandali. Ita responderunt Felyn. in consil. 26. num. 19. vers. vnde considerandum est. & Port. Imolen. in d. consil. 154. num. 22. & 24. qui quidem considerant hoc futurum scandalum, vel ob tinorem fornicationis, vel ob inimicitias, quæ inter coniugatos, vel eorum sanguine conianctos intercedere possunt. Iusta quoq; causa concedendi hæc dispensationem est, quando alter si coniugatorum affectus non habuisse animum contrahendi. Ita Socin. Sen. in d. consil. 28. num. 6. & 7. lib. 1. & Fel. in consil. 26. col. vlt. vers. præterea dato. & scripsi in consil. 385. nu. 7. lib. 4. reddito pro Camillo Guatino Veronensi. Potest etiã
 44 considerari iusta causa ob sterilitatem, vt respondit Alciat. resp. 2. 1. nu. 7. & 8. & Sanchez in d. disput. 16. nu. 6. dispelat et Papa iustis de causis super acate, nepè quod duo in puberes contrahant matrimonium. Ita latè & doctè respondit Nauar. in consil. 39. tit. de dispensat. lib. 4.

Tertium sit exemplum, in dispensatione super matrimonio si contrahendo inter cõiunctos sanguine, in tertio consanguinitatis gradu (de dispensatione in primo & secundo gradu non disputamus, cum maxime hodie ex Concil. sacrosancto Trid. sess. 24. c. 1. omnis dispensatio cõno prohibita sit.) Hæc sanè dispensatio ex iustis causis, & non aliter permittitur. Ita tradunt Anch. in consil. 373. & Didac. post alios in epitome de sponsalib. part. 2. c. 6. §. 10. n. 7. 8. & 9. qui cõmemorant exemplū Alexandri VI. pontificis Max. qui dispensauit cum Ferdinando Rege Siciliæ citra Farrum, vt duceret Ioannam sororem patris sui, Ita et magna, & vrgens causa requiritur, quæ possit pontifex dispensare, vt frater valeat ducere relictam

• Sam fratris, sicuti Iulius II. dispensauit cum Henrico VI. Rege Angliæ, vt posset ducere in uxorem relictam Arturi fratris sui. Qua de dispensatione, quæ magnū alio qui religioni Christianæ peperit exitium, responderunt atq; scripserunt Dec. in consil. 602. Gratus in consil. 1. lib. 2. Paris. in consil. 68. lib. 4. Gozad. in consil. 51. Soc. Iun. in consil. 140. lib. 2. Caiet. in opusculis, tomo 3. tract. 13. & Did. in Epitome de sponsalib. in 2. par. c. 6. nu. 9. 10. & 11.

46 Quartum est exemplum in dispensatione, vt liceat exercere scens. Id quod altero de duobus modis potest intelligi. Primo cum Christianis, data eis facultate hac. Quæ quidem dispensatio nullo modo permittitur, vt tradunt Ias. in l. cunctos populos, in repet. nu. 35. C. de summa Trinit. & fide Cath. & ibidem Purpurat. & Alc. lib. 6. par. e. iur. cap. 20. in fin. Nam repugnat lex diuina, cap. super eo, de vlt. Repugnat etiam naturalis, vt scripsi lib. 2. de arbit. iudic.

Secundò etiam modo potest intelligi hoc exemplum, nempe in facultate concedendi Iudæis, vt possint mutuo dare sub fenore Christianis. Hoc sanè catu licet ipsi Pontifici Max. iustis de causis dispensationem hæc concedere. Ita censuerunt Alex. in consil. 1. & consil. 2. & in consil. 107. lib. 2. & Barbat. in consil. 6. lib. 4. qui de eadem facili specie interrogati responderunt, Pontificem potuisse dispensare, & facultatem concedere Duci Mantuæ, vt ei liceret retinere Iudæos in sua illa Ciuitate, vt ibi scens exerceret. Et eandem opinionem probauerunt Ias. in repet. l. cunctos populos, nu. 36. C. de summa Trin. & fid. Cathol. Dec. in consil. 112. num. 5. & Io. Bapt. Ferrerus in consil. 37. Testatur in decis. 57. in fine. vbi refert dispensationem concessam D. Duci Sabaudia. Dissentiunt tamen ab hac sententia Alex. de Nauo in consil. 66. in consil. 100. col. vlt. & consil. 101. & 102. Modern. Parisien. in Comment. ad Consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu. 19. Didac. lib. 3. var. resolut. cap. 1. nu. 8. & Io. Bapt. Lup. in l. curabit. §. 4. n. 67. C. de act. empt. qui eiusdem sententiam alios recenset. & horum postrema opinio vera est, & retinenda.

Quintum est exemplum in dispensatione illius præcepti Decalogi. Non occides. Nã Pontifici Max. licet quidem
 47 si dispelare, sed tamē qñ adest eã. Ita Fel. & Dec. in c. que in ecclesiast. de conslit. ille nu. 3. hic num. 14. qui, & alios commemorant. Et ex Theologis copiose, & eruditè distulit Domin. Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 5.

Sextum exemplum est, tam Principi seculari, quã ecclesiastico commune, quando agitur de iure si tertij auferendo, quod quidem sine iusta, & legitima causa auferri nõ potest. Ita scribunt Anch. in consil. 308. in fin. Castr. in consil. 156. viso, & examinato, lib. 1. Calder. & Butrius in c. post cessationem, de probat. Aret. in c. cum à nobis, de testib. Decius in c. que in ecclesiast. de constitutio. & Alciat. in tractatu de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. nu. 4. & scripsi in lib. 1. de arbit. iudic. & c. q. 48. nu. 8.

Septimum exemplum est in rescissione cõtractus. Nã
 49 illum si reuocare, vel ab eo recedere nõ potest Princeps, nisi iustis de causis. Ita Bald. in c. 1. §. ad hæc, de pace iuramen. firm. Castr. in l. digna vox. C. de legib. Roman. in consil. 352. num. 2. 4. & in consil. 436. num. 16. Socin. Sen. in consil. 4. num. 5. lib. 3. & in eadem facili specie, cum Socino idem respondit Ias. in consil. 227. col. 8. lib. 2. idem in l. si pecuniam, num. 16. ff. de condic. ob caus. & in l. si testamentum, nu. 5. C. de testam. Fel. in c. quæ in ecclesiast. num. 62. de conslit. Ruinus in consil. 41. col. 1. Decius in consil. 292. num. 7. in consil. 580. in princ. cap. 1. col. 1. de probatio. & in consil. 44. col. penult. in consil. 151. num. 10. & in consil. 689. num. 5. Afflic. decis. 282. nu. 7. Rubeus in consil. 138. num. 7. & in consil. 146. Alciatus in tractatu de præsumptio. reg. 3. & 50. lib. 1. Socin. Iun. in consil. 78. num. 3. lib. 1. & in consil. 60. nu. 16. lib. 3. Crauet. in consil. 71. num. 1. & in tractatu de antiquit. temp.

in prima particula quarta partis princip. nu. 20. Gramma. decis. 15. in fine. Boer. quaest. 203. nu. 50. alios plures de industria prætereo.

Octauum sit exemplum valde proximum præcedenti, in concessione feudi, si quæ reuocare non potest Princeps, nisi iustis de causis, ca. 1. de natura feudi. & præter citatos ab Alciato in d. præsumpt. 8. nu. 5. tradunt Cur. Iunior in consil. 1. nu. 29. & in consil. 142. nu. 7. Soc. Iun. in consil. 76. nu. 13. lib. 1. & in consil. 126. nu. 17. lib. 3. Crauet. in consil. 136. num. 19. & in consil. 241. num. 6. Et hoc maxime procedit, quando feudum si est antiquum, vt ex recentioribus scribunt Socin. Iun. in consil. 115. nu. 10. lib. 2. Crauet. in tractatu de antiquit. tempor. in prima particula primæ partis princip. nu. 16. & Tirac. in tractatu de retract. consang. §. 32. gloss. 1. nu. 39. Non recensebo hic plura alia exempla, quæ diligens Lector obseruare facile poterit. Hæc enim, quæ commemorauimus, satis superque indicant, non licere Principi aduersus ea, quæ vel diuinum, vel naturale, vel gentium ius ledere possunt, quidquam agere, nisi iustis, & legitimis de causis. Nunc ad rem nostram propius accedamus. Nonum est exemplum in dispositione testatoris, quam Princeps sine iusta causa tollere, & mutare non potest, cum illa sit iurifigentium, l. si testamentum. C. de test. & ibidem tradunt omnes, præsertim Ias. & latissime explicuit Didacus in lib. 3. variarum resolut. cap. 6. num. 5. & præter eum scribunt Calcanæus in consil. 8. nu. 16. Ruin. in consil. 80. nu. 8. & 9. lib. 1. qui dixit, non sufficere clausulas derogatorias. Paris. in consil. 1. nu. 49. lib. 2. & in consil. 46. num. 36. & 43. lib. 3. Quocirca dicere solemus, principem non posse sine iusta causa legitimare spurium, vt succedat tanquam natus ex legitimo matrimonio, vt scripsi infra lib. 4. præsumpt. 79. num. 22.

Disputatio est inter nostros, an hoc secundo in casu, quando princeps aliquid agit eorum, quæ sine causa facere nõ pot, præsumatur iustis de causis motus. Qua in re tres sunt interpretum opiniones. Prima est, quæ & verior, & receptior est, si iustã causam nõ præsumi. Ita hæc probauerunt Oldr. in consil. 230. in quaestione proposta, in 2. dubio. cum dixit, quòd nemo teneret credere principia asserenti Castru ad se pertinere. Sentit ergo Oldradus, non præsumi iustam causam in principe, alioqui eius assertioni esset credendum. Et clarè, ac in specie hanc opinionem probauerunt Bald. in c. quæ in ecclesiast. nu. 14. de conslit. & in consil. 326. Rex Romanorum, in fi. lib. 1. Fulgos. in l. vlt. C. si contra ius, vel vtil. public. & in consil. 61. col. 1. Rom. in consil. 352. in fin. Abb. in consil. 3. col. penult. q. 28. lib. 2. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantus col. 8. versic. circa tertium, de liber. & posthum. Cosmus Gmyer in Pragmat. sanctione, in tit. de sublati Cler. l. inter. in verbo, non præiudicent. Felin. in c. quæ in ecclesiast. num. 62. de conslit. Iason in l. quominus, in tertio notab. ff. de sum. & in l. si testamentum, in 1. notab. C. de test. & in consil. 105. col. pen. versic. secundò responderetur. lib. 1. & in consil. 234. col. vlt. lib. 2. Soc. Sen. in consil. 273. col. penult. lib. 2. & in consil. 38. lib. 4. idem inter consilia Curtij Sen. in consil. 20. col. 6. vers. confirmatur. quin, & ipse Curtius Sen. in consil. 50. Memoria recolenda. col. 71. vers. secunda conclusio. Gozad. in consil. 26. num. 41. Neuiz. inter consilia Bruni in consil. 12. num. 145. & ipse Brunus in consil. 15. num. 7. Claudius Seyfilius in l. vt vim. col. 4. de infirmitia & iure. Crauet. in consil. 135. num. 41. in tract. de antiquit. temp. in 1. parte in initio. num. 32. & Alciatus in tract. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 8. nu. 7. inquit, hanc opinionem esse veram non iure solum, sed & æquitate. Quæ sanè sententia fulcitur ex cle. pastoralis, de reind. vbi causa non
 53 præsumitur in principe, qui si sententiam tulit, parte nõ citata. Idem probare vñ c. 1. de causa pos. & propriet. vbi Doctores. Præterea accedit reg. l. si donatione. C. de col.